FRANCKESCHE STIFTUNGEN

Alte Drucke

Pavli Castrensis In ... Codicis Partem Patauin[a]e Pr[a]electiones, Francisci Curtij, multorumq[ue]; qui hactenus Doct. incubueru[n]t Appendicibus ...

Paulus <Castrensis>

Lugduni, 1553

Quando Imperator inter pupillos uel uiduas uel miserabiles personas cognoscat & ne exibeantur. Rubrica.

Nutzungsbedingungen
Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.
Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.
Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use
All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.
Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.
For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-150729

Visual Library

a ℭSed quantũ ad ea. Adde Bal. hic. & intellige hoc verũ etiã de conſenſu partiũ. vt per. Cy. in l.j. ĩ. e. & Io. de Imo. in c. P. & G. de off. dele. col. xxiiij. Bal. in l. hæres abſens. §. ſi quis tute lã. ff. de iud. Et Ludo. roma. cõſ. cclxxxix. inci. omnipotẽtis dei in caſu propoſito pri ma fronte. Et ibi intelligit hoc verũ niſi cõſuetudo ſit in contrariũ. qa cõſuetudo tribuit iuriſditionẽ. Et adde ꝙ pro dependentibus & cõnexis à mercãtia. Iudex mercãtiæ erit competẽs. ita Bal. in l. ſi qs. §. rõnẽ. ff. de eden. Itẽ adde ꝙ iudex mercãtiæ dicitur Iudex cõpetens etiã non mercatori litigãti cũ mercatore. ita ipſe Paul. de caſt. poſt Ia. bu. in l. cũ eorum. j. de ſen. Fran. Cur.

b ℭIn perſonam. Adde Bal. ĩ. in l. receptitia. col. ij. ver. dubitatur. j. de cõſt. pec. & Ale. de Imo. in conſi. ccxviij. in ij. vo. & qd requiratur ad hoc vt aliquid dicatur mercãtia vel negotiatio. vide per Fran. de are. in conſi. xxix. col. x. in fin. Cur.

c ℭEt ꝙ ſcholares. Adde ꝙ etiã ſi ſunt plures ſcholares habitãtes in vna domo, faciunt collegiũ: & ſyndicũ conſtituere poſſunt. ita Bar. poſt gl. in l. j. in prin. ff. quod cuiuſq; vniuerſi. no. Franc. Cur.

d ℭDicuntur miſerabiles perſonæ. Adde Spe. tit. de inſtru. edi. in §. nunc verò. aliqua. verſicu. & ſcias. Card. & Io. de Imol. in c. ſignificantibus. de off. del. Alexan. de imo. conſi. cxxj. inci. viſo proceſſu cauſæ. in j. vo. in fin. vlt. col.

Quid in his quæ non pertinent ad artem mercantiæ, etiã tempore quo quis eſt mercator?

3 *Præpoſiti collegiorum uel artium habent iuriſdi. & an poſſint facere ſtatuta?*

4 *Si aliquis miles eſſet de arte mercantiæ: non poteſt ratione militiæ declinare iuriſdi. conſulum mercantiæ.*

Quòd idem ſit in clerico mercatore.

5 *Quòd tales artifices habentes conſules illius artis nõ ſint exempti à iuriſditione poteſtatis.*

6 *Quando quis ſubeſt pluribus iudicibus, actor habet eligere coram quo ipſum conueniat.*

7 *Scholares, an dicantur facere uniuerſitatem approbatam?*

LEX VII.

1 PEr iniquũ. †Qui ſunt de aliquo colle-
gio approbato ratione alicuius
profeſsionis vel negotiatiõis, iu-
riſditionẽ illius qui præeſt collegio recuſa-
re non poſſunt. h. d. Bar. & habet locũ hoc:
& poſtquam deſierint eſſe de illo collegio,
quantũ ad ea quæ tũc tẽpore geſſerũt quæ
pertinẽt ad illã artem per l. ij. j. vbi de ratio.
agi oportet. l. prætor. §. etiã. ff. de eden. & p
Iac. de are. in l. hæ demũ. & l. hæ operæ. ff.
2 de ope. libe. Tene mẽti. † Quod licet aliqs
deſierit eſſe mercator, pro his tñ quæ geſsit
tẽpore quo erat põt conueniri corã conſu-
libus mercantiæ per illas ll. aliâs. ſ. allega-
a tas. Sed quantũ [a] ad ea quæ nõ pertinẽt ad
artem mercantiæ non põt etiã tẽpore quo
erat mercator eũ conuenire coram illis con
ſulibus: quia non habent iuriſdi. niſi in con
cernentibus artẽ. & hoc expreſsè tenet Inno.
in c. cùm ab eccleſiarũ. de offi. ordi. vbi
pulchrè tractat de illa materia. quod etiam
ſenſit hic gl. ſuper verbo [in publicis.] &
adde quod no. per eundẽ Inn. in c. cùm dilecta.
de exceſ. p̃la. Et primò ponit proœ-
miũ. vſq; ibi. [quapropter.] Secundò po-
nit ſtatutũ. vſq; ibi. [ita tñ.] Tertiò limitat
vſq; ibi. [his videlicet.] Vltimò imponit
3 pœnã contra facientibus. † In text. ibi. [iu-
riſdi. & præceptionẽ declinare.] patet er-
go ꝙ præpoſiti collegiorũ vel artiũ habent
iuriſd. & ad hoc ſemper allegaẽ iſta lex, ſed
à quibus datur illa iuriſditio? cõiter dicitur
ꝙ datur ab illa vniuerſitate: ergo penes il-
los eſt iuriſditio: poſſet tñ dici ꝙ datur à le-
le mediante electione ipſius collegij: nec
obſt. l. priuatorũ. ſ. eod. vt ibi fuit notatũ. &
videnẽ tenere Doct. ꝙ requiraẽ confirma-
tio ſuperioris: cuius contrariũ ibi dixi ſecũ-
dùm Bald. & dicit Bar. per iſtum tex. ꝙ poſtquã habent iuriſdi-
tionem, poſſunt facere ſtatuta cõcernentia iuriſditionẽ circa mi
niſteriũ illius artis: vt etiã no. per Bart. in l. oẽs populi. de iuſti. &
iure. ff. Circa hoc vide plura bona quæ tanguneẽ per Barto. circa
finẽ. l. ij. de conſti. pec. vbi dicit ꝙ talia ſtatuta cõcernentia deci-
ſionẽ cauſæ debẽt ſeruari etiã in curia ptãtis. ſi actor vellet ibi cõ
uenire mercatorẽ: & non corã conſulibus mercatorũ; niſi loque-
b renẽ in perſonã [b] rectorũ, ſeu conſulũ artis. Nã ſi diceret ſtatutũ
ꝙ cõſules artis poſsint ferre ſententiam virtute libri mercatoris,
vel vnius teſtis cũ certis indicijs: tale ſtatutũ nõ haberet ſeruare
poteſtas: ſecus qñ loquunẽ in rẽ, vel in perſonã mercatorũ. Item
dicit ꝙ ſi talia ſtatuta cõcernũt modũ ꝓcedẽdi, nõ ſunt ſeruãda
4 in curia ptãtis: vbi eſt alius modus ꝓcedẽdi. † In tex. ibi. [cuiuſli-
bet militię ſeu ſinguli vel dignitatis:] & ſic ſi aliqs miles eſſet de
arte mercãtię, nõ poſſet rõne militię declinare iuriſditionẽ cõſu
lũ mercãtiæ: etiã ſi habebat priuilegiũ vt nõ conueniaẽ niſi ſub
certo iudice. Et eodẽ modo ſi eſt clericus, nõ põt petere remitti
ſe ad epm: quia nõ cõuenię vt clericus, ſed vt laicus mercator ſe-
cundũ Cy. & alios. In tex. ibi: [tam in publicis.] illud facit con
tra id qd'. ſ. dixi. ꝙ iſta lex intelligiẽ qñ cõueniretẽ occaſiõe illius
artis. nã ſi cã erat publica, nõ põt eſſe occaſiõe illius artis, ſed põt
intelligi hoc verbũ improprię̀ de publica cã ipſius artis: vt ſi leq
eſt de arte poſsit cõueniri nõ ſolũ ab alio priuato occaſiõe ipſius
artis: ſiue ipſe cõueniẽs ſit de arte, ſiue nõ: vt dicię ſ. l. proxi. de i-
lis qui nõ ſunt milites, & volũt agere cõtra militẽ: vt poſsint co-
rã magiſtro militũ: & etiã ſi cõueniantẽ ab ipſa arte, ſiue à ſyndi-
co ipſius artis: & ſic dicię cã publica ipſius artis: & ita de conſue-
5 tudine reſtringię illa l. † In tex. ibi. [ita tñ.] Iſte ver. vult dicere
ꝙ licet poſsint cõueniri corã conſulibus illis artis, nõ propterea
ſunt exempti à iuriſdi. ptãtis illius loci. qui eſt iudex vniuerſalis
omniũ. & etiã illius artis: & ſic etiã cõſulum illius artis, & ſic cu-
mulaẽ iuriſditio iuriſditioni. & addię Iudex ſpecialis iudici vni-
uerſali. pro hoc vide optimũ tex. ſ. de offi. præfec. vt. l. j. Et erit in
6 electione actoris corã quo velit illũ cõueniri, † quia illa eſt regu
la generalis. ꝙ qñ quis ſubeſt pluribus iudicibus, actor habet eli
gere coram quo ipſum conueniat. & ad hoc allegatur iſte tex.
& l. cum clericis. ſ. de epiſc. & cle. & l. iij. j. vbi in rem act. & ff. de
iudi. l. ſed & ſi ſuſceperit. §. ſi ea res. & in l. iij. ff. de eo quod cer.
lo. & per Inno. in c. cum ab eccleſiarum. de of. or. nec reus habet
priuilegium petendi ſe remitti ad conſules artis: quia hoc eſt ſpe
ciale in militibus, & in ſcholaribus: vt l. proxi. & in authen. habi-
ta. ne filius pro patr. ſic & quando quis habet plures actiones ad
idem competentes, electio eſt ipſius actoris: vt l. quod in hære-
dem. §. eligere. ff. de trib. licet reus habeat electionẽ circa res de-
bitas, quam earum vult ſoluere. ſi teneretur alternatiuè. vt l. plu-
runq;. in fi. ff. de iure do. in quo loco ſoluat: ſed actor in quo loco
7 agat: vt d. l. iij. de eo quod cer. lo. † In gloſſ. ſuper verbo [peni-
ner.] ibi: [& ſic fit pariſius.] Dic & quaſi in cunctis partibus
vltramontanis. vnde in Auinione Docto. collegij eligunt pri-
micerium. & ille habet ordinare ſtudium, & omnia facere quæ
faciunt rectores ſcholariũ in partibus iſtis. Et vidi ſemel magnã
multitudinem ſcholarium ex in citatione cuiuſdam doctoris no-
uelli venientis de Italia: & volentis complacere ſcholaribus, fa-
cere magnum tumultum. & velle eligere rectorem ſicut in par-
tibus iſtis: & non potuerunt obtinere: ideo ille doctor venit in
maximam indignationem aliorum Doctorum: intantum quòd
poſtea receſsit. Doct. tamen noſtri tenent cõtrarium eius quod
c hic dicit glo. quòd ſcholares [c] dicuntur facere vniuerſitatem ap-
probatam: quia eſt caſus in c. quia in cauſis. extrà de procu. &
in prooemio ſexti libri: & clementinarum. & ſ. de offi. magiſ.
officiorum. l. j. & quod habetur in l. j. j. de excu. artifi. lib. x. &
quod ibi per Bar. Non ſunt alia.

Quando Imperator inter pupillos uel uiduas uel miſerabiles perſonas cognoſcat & ne exibeantur. Rubrica.

Prima pars iſtius rubricæ vſq; ibi: [& ne exhibeanẽ.] conce-
nit ſecundam partem. l. quæ incipit in ver. [quod ſi pupilli.] &
ſecũda pars rubricæ ibi concernit primam partem legis. & hoc
1 voluit glo. rubricæ in effectu. † Quæro quæ differentia ſit inter
pupillum & orphanum? Reſpondeo pupillus propriè dicię qui
non eſt in patria poteſtate, vel emãcipatus: vel quia mortuus eſt
pater. & non exceſsit quartumdecimum annum: vt l. pupillus.
in prin. de verb. ſig. & ille qui eſt in patris poteſtate non propriè
vocatur pupillus, ſed impubes: aliqñ tñ impropriè ſic appellatur.
& ponię pupillus pro impubere: vt l. fi. §. j. ff. de ver. obli. qđ no.
quia ſi ſtatutũ loquereẽ de pupillis. cũ verba ſtatutorũ ſint ppriè
intelligenda: vt l. iij. §. hæc verba. ff. de neg. geſt. intelligię pri-
modo. Orphanus eſt ille qui nõ habet matrẽ: & eſt in quartode-
cimo anno. ita no. propriè Cy. in l. orphanotrophos. ſ. de epiſ.
cle. in fi. tñ iſte tex. in prin. videtur probare ꝙ etiã ſi ſint maio-
quatuordecim, poſſunt dici orphani: tñ Petrus rñdet ad illum tex.
Ideo tene menti quod dixi: quia ſi teſtator reliquit certã quanti-
tatem inter orphanos. non debet diſtribui inter illos qui ſunt ma-
iores quatuordecim annis. Tunc aũt pupilli & orphani dicũtur
d miſerabiles perſonæ. [d] & habent priuilegium ex illa l. qñ ſunt
impotentes: & non habent defenſorem. quod dic vt plenè no.
per Inno. in c. ſignificantibus. de off. deleg.

2 ☞ *Quòd quis non poſſit trahi extra domicilium: niſi in duobus caſibus.*

3 *In reſcripto contra perſonas debet fieri mentio de qualitate perſonarum.*

4 *Miſerabiles perſonæ an poſſint omiſsis ordinarijs iudicibus adire principem per uiam querelæ?*

5 *Fortuna dicitur iniuriari illis quibus accidit infortunium.*

6 *Quæ ſint miſerabiles perſonæ?*

LEX

LEX VNICA.

SI contra. †Pupilli, viduæ, & aliæ miſerabiles perſonæ,* de quibus hic, habẽt hoc priuilegium ꝙ extra proprium domiciliũ nõ poſſunt trahi. etiam per reſcriptũ principis: vel in curia principis. ſed in proprio domicilio ſunt conueniendi: ipſi tamẽ bene poſſunt trahere aduerſarios eorum extra domiciliũ coram principe, etiam per viã ſimplicis querelæ. h. d. iſta notabilis lex. Et prima pars eius quæ durat vſq; ibi. [quod ſi pupilli.] limitat l. ſi qñ. ſ. de dila. & l. in criminali. circa prin. ſ. tit. proxi. in quibus patet ꝙ cũ ſacro oraculo. i. reſcripto imperatoris poteſt quis trahere aduerſariũ ſuum ad extraordinariũ iudicem etiã extra propriũ domiciliũ. †Hoc fallit in iſtis perſonis miſerabilibus: quæ trahi nõ poſſunt. etiã ſi iudex ordinarius eſſet negligẽs in adminiſtrãdo iuſtitiã cõtra eos: & etiã ſi in reſcripto cõtineretur clauſula nõ obſt, quacũq; l. cõtrarium diſponẽte: adhuc nõ valeret reſcriptũ per quod traherẽtur extra proprium domiciliũ. ſed debet impetrari & delegari Iudex in domicilio. ita intelligũt Doc. illum tex. hodie verò etiã alij nõ poſſunt trahi extra propriũ domiciliũ. niſi in dictis duobus caſibus. i. qñ iudex ordinarius eſſet negligẽs. & ſi in reſcripto eſſet clauſula nõ obſtãte vt in d. l. in criminali. per aut. vt differẽtes iud. & per aut. qua in prouincia. j. tit. proxi. In hoc ergo iſtæ perſonæ miſerabiles ſunt melioris cõditionis. ſi tamẽ in reſcripto apponeretur clauſula ſpecialis nõ obſtante. l. iſta. vel nõ obſtante ꝙ ſint miſerabiles perſonæ: bene valeret reſcriptũ: quia Imperator nõ potuit ſibi vel ſucceſſori imponere legem, à qua recedere non liceret: vt

3 in ſimili no. per gl. in aut. quib. mod. nat. effi. ſui. §. fi. † oportet ergo ꝙ fiat expreſſa mẽtio de qualitate perſonarũ: vt valeat reſcriptum vel priuilegium alteri cõceſſum cõtra tales perſonas. propter quod dicit hic Cy. fuiſſe terminatũ ꝙ cum quibuſdam monialibus fuiſſet cõceſſum ne haberent ſoluere aliqua grauamina ſedis apoſtolicæ: & poſtea veniſſet quidã legatus cũ literis generalibus, ꝙ omnes ſoluerent. nõ obſtante quocũq; priuilegio: per hoc nõ erat derogatũ priuilegio illarũ monialiũ: quibus erat cõceſſum tãquàm miſerabilibus. ex quo de qualitate perſonarum

4 cum nõ fuit facta mentio ſpecialis. †Secunda verò pars huius limitat l. nemo. ſ. tit. proxi. vbi habetur ꝙ quis nõ poteſt adire iudicẽ per viam querelæ omiſſo iudicio ~~ſed~~ inferiore: ſed debet omiſſo inferiore litem primò mouere: & ſi grauauerit, poterit appellare ad ſuperiorẽ. hoc fallit in iſtis miſerabilibus perſonis: quæ poſſunt omiſſis ordinarijs iudicibus adire principẽ per viã querelæ: & ibi trahere aduerſarios ſuos, vel coram principe, vel coram delegato ab eo: quia princeps eſt ſpecialis defenſor taliũ perſonarum: & idem in regibus & alijs principibus. xxiij. q. v. c. regum. lxxxvij. diſt. c. defenſionis. & quod ibi no. per gloſ. & per Arch. qui etiam dicũt ꝙ cauſa talium perſonarum pertinet ad forum eccleſiæ: & ſic poſſunt adire epiſcopũ omiſſo poteſtate. xxij. q. j. & facit in aut. vt hic qui obligatas. §. fi. & extra ne cle. vel mo nac. j. & j. q. ij. c. ſicut epiſcopũ. In tex. ibi. [comitatui noſtro.] id

5 eſt in curia noſtra. † In tex. ibi. [fortunæ iniuria. Not. ꝙ fortuna dicitur iniuriari illis quibus accidit infortunium. & alibi dicitur quod dicitur inſidiari. vt l. fi. §. & cũ antea. poſt prin. j. de tempo.

6 app. †Et quæ ſint miſerabiles perſonæ. vide omnino per Inn. in c. ſignificantibus * de offi. deleg. * & in ſpecu. de inſtru. edi. §. nunc verò aliqua. verſi 3. ſcias. & de cenſib. c. licet. per gl. & Innocen. etiam ſecus connumeratur. Non ſunt alia.

Vbi de crimine agi oportet. *Rubrica.*

Poſt generalem titulum de iur. om. iud. in quo tractatur de iudicibus competentibus & incompetentibus. ſubijciuntur ti. ſpeciales. in quibus tractatur de competentibus tantum & qui ſint competentes in ſingulis cauſis: & actionibus. & primò in cauſa criminali. quæ eſt maioris ponderis, & præiudicij. & dicit Bar. ꝙ hic eſt valde bonus tit.

1 ¶ *In criminibus principalis forus eſt locus delicti: ſed de ciuilibus maximè actionibus perſonalibus principalis forus eſt locus domicilij. & in realibus eſt locus ubi eſt res quæ uendicatur. ſed locus originis propriæ uel paternæ eſt acceſſorius.*

2 *Quæ dicantur crimina ordinaria, & quæ extraordinaria, & quando quilibet admittatur ad accuſandum. & quando pœna pecuniaria impoſita pro crimine applicetur fiſco?*

Quæ dicatur cauſa ciuilis, & quæ criminalis?

4 *Caſus in quo ſicut in cauſa ciuili habet locum prorogatio, ita & in cauſa criminali.*

5 *Si Florentinus commiſit delictum Bononiæ, & iudex bononienſis inchoauit proceſſum contra eum, & poſuit ipſum in Banno, & condemnauit ad pœnam capitalem quandocunque peruenerit in fortiam communis, an iudex florentinus poſſit contra eundem ſimiliter procedere ratione originis, uel domicilij?*

6 *Remiſſiones de uno iudice ad alium, an fiant ex mera uoluntate? & quòd in contractibus non fiat remiſſio.*

7 *Si duo litigauerunt coram uno iudice incompetenti ignoranter, & ſic non fuit prorogata iuriſditio, & acta facta coram eo erant nulla: deinde pendente lite peruenit ad eorum ſcientiam de incompetentia, & tamen perſeuerauerũt. quòd acta prius geſta reconualeſcant: & conſenſus retrotrahatur ad principium litis.*

Quid in geſtis per iudicem incompetentem, non nomine partium.

a ¶Viduæ & aliæ miſerabiles pſonæ. An vidua dicat̃ miſerabilis pſona. vide per Abb. in c. licet. de fo. cõpe. Card. Zab. in c. ſignificãtib⁹. in j. not. de offi. deleg. Et quæ dicantur miſerabiles perſonæ. vide per eũdẽ Pau. de ca. in cõſ. vij. & vide do. Maria. Sozi in c. ex parte. in iiij. limita. de fo. compe. Cur.

LEX I.

1 QVæſtiones. †De crimine poteſt cognoſci in loco delicti, & in loco iuriſditionis prorogatæ, & in loco domicilij: & etiam vbi criminoſus plurimum conuerſatur. h. d. iſta l. cũ ſeq. De primis tribus loquitur l. j. de vltima loquitur l. ij.

2 †Et ſcias ꝙ in criminibus principalis forus eſt locus delicti. vt in c. ij. de conſtitu. lib. vj. in nouel. ſuper verbo noſcuntur. ſed de ciuilibus maximè actionibus perſonalibus principalis forus eſt locus domicilij: extra quem regulariter non debet quis trahi. In realibus verò actionibus principalis forus eſt locus vbi eſt res quæ vẽdicatur. vt j. vbi in rem actio. l. fi. & per totum. locus verò originis propriæ vel paternæ eſt acceſſorius.

3 †In tex. ibi. [qui legibus.] vt ſunt crimina publica. de quibus. ff. de publi. iud. per totum. cum titulis ſeq. quæ ideo dicuntur puniri per l. quia certa & determinata pœna imponitur in ſingulis delictis: ideo dicuntur crimina ordinaria: quia quilibet in eis admittitur ad accuſandum: & ideo dicuntur publica. quod autem ſequitur [aut extra ordinem:] loquitur de criminibus priuatis. de quibus habetur. ff. de priua. deli. per totũ. licet imponatur certa pœna pecuniaria applicanda parti. quo caſu dicitur crimẽ puniri ciuiliter. imponitur extraordinaria pœna, quę relinquitur arbitrio iudicis: & aliquando eſt pecuniaria applicanda fiſco: aliquando corporalis ſecundũ qualitatem delicti. vt l. fin. de priu. delictis. & tunc punitur criminaliter. ex forma tamen ſtatutorũ etiam in illis imponitur certa pœna applicanda fiſco. non tamẽ per hoc dicuntur ordinaria, nec publica: quia nõ admittitur quilibet ad accuſandum: ſed ille tantum cuius intereſt. & qui fuit offenſus. quod dic vt in d. l. & in titu. de popu. act. ſuper rubri. titu. autem iſte loquitur quando agitur de puniendo crimen criminaliter pœna corporali, vel pecuniaria applicãda fiſco: quæ dicitur etiã criminalis: vt in l. agraria. ff. de termi. moto. ſed ſi ageretur ad pœnã pecuniariam applicandã parti: diceretur cauſa ciuilis: non criminalis. & principalis forus eſſet in loco domicilij. nec eſſet tunc tractandum de remiſſione in loco delicti. de qua tangi-

4 tur in gloſ. †In tex. ibi: [vel inchoata ſunt.] hoc poteſt intelligi duobus modis. primò ꝙ erat inchoata corã iudice incompetenti: partibus hoc ſciẽtibus. & ſic prorogauerunt iuriſditionem: & tũc eſt hic caſus ꝙ ſicut in cauſa ciuili habet locum prorogatio: vt l. j. ſ. tit. ij. ita & in cauſa criminali. quod eſt intelligendũ quando ille iudex cuius iuriſditio prorogatur, habebat poteſtatem cognoſcendi de cauſis criminalibus inter ſuos ſubditos. & ſic habebat imperium: vt not. in d. l. j. ſ. ti. ij. videtur etiã ꝙ requiratur conſenſus iudicis vbi delictum fuit cõmiſſum. cui reſpublica fuit offenſa: ſicut in prorogatione quã facit clericus in epiſcopum non ſuum: quia requiritur conſenſus ſui epiſcopi: vt in c. ſi diligenti. de foro cõpe. & ita videtur tenere Spe. in tit. de compe. iudi. adi. §. j. ver. ſed nunquid in iudicẽ. in ciuilibus autem non requiritur conſenſus iudicis proprij: tamen prorogatur iuriſditio in alium iudicem: quia non agitur de illius præiudicio: vt no. in l. j. & ij. ff. de iudic. ſecus ſi ageretur: vt quando eſt iudex perpetuus. vnde ſubditus vnius comitis ſine eius cõſenſu non poteſt ſe ſubijcere alteri iudici de hoc videtur tex. in c. per venerabilẽ. circa med. qui filij ſint legi. & in c. feudali. cuius cognitio pertinet ad dñm feudi: non poteſt fieri prorogatio ſine illius conſenſu. ad quod vide quod no. Barto. in l. j. §. & poſt operis. ff. de ope. no. nuntia.